



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

20 de Accusatorum delictis, & primu[m] de Calumniatoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

si quis... nec clerici laicos, ca. de re iudic. 2. q. 7. nisi sint sacerdotes, qui plebeios deferunt suos, ca. de re iudic. 2. q. 7. Neque clerici maioris ordinis clericos accusabunt, can. qualis. ca. clericus, can. maiorum, ca. d. 9. Quod ad honestatem referendum est. Nam iure ipso contrarium verius est, & admittitur monachus & inferior accusator sui prelati, etiam expensis monasterii, c. illa. ca. 3. & ca. ex parte, ca. 11. de accus. ca. dilecti, de mai. & obed. c. quapropter, 2. q. 7. Temere tamen non admittuntur accusatores contra suos prelatos clericos, & sunt plurimi, 6. q. 1.

Qui accusari possunt. Cap. 19.

- 1 Accusari qui possunt. Et nam etiam, vel Sexus impunitatem dent criminibus.
- 2 Magistratus maiores quando accusari prohibentur. Mortui iure communi accusari non poterat, quibusdam grauioribus criminibus exceptis. eod.
- Et nam 3.
- 4 Accusari non possunt quibus dispensatum, semel absolutus, & de his accusatis. Nec accusantur Christiani ab hereticis vel Iudeis. eod. 7.
- 5 Absolutus per collusionem aduersarii accusari rursus potest.
- 6 Feris Latini accusare non licet.

Regula in vniuersum constituta de iis, qui accusari possunt: posse omnes, qui de crimine condemnari possunt, accusari, iisdem rationibus quibus diximus sepe interesse reip. delicta puniri, & ideo nota esse, leum qui nocentem de iur. P. Ergo & accusatur pupilli proximi pubertati: quia capaces furandi & iniurie faciende, l. pupillum, l. 2. de reg. iur. Nec minor etas impunitatem dat, l. impunitas, C. de pœ. l. auxilium, §. in delictis, de minor. l. 1. C. si aduers. del. can. illa, 15. q. 1. ca. si quis cuiuslibet, 21. q. 5. c. 1. & 2. de del. pœ. nec fetus, d. c. si cuiuslibet, accusare que & licebit mulieres, liberos, & seruos, dummodo feris ex his criminibus, quibus accusatur, pœna publici iudicii affici possint, Venule. in l. hos accusare, l. 2. §. omnibus, de accus. §. item lex Julia, de vi priuata, de public. iudi. 2. q. 1. §. Prohibebantur tamen accusari iure Romanorum, magistratus maiores quando gerebant temporalem magistratum, ut supra docuimus, ex l. hos accusare, de accus. l. si aduersorum, §. ult. de adult. Item & mortui iure communi, can. admonere, 33. q. 2. c. quorundam, 33. dist. quia crimina reorum morte extinguuntur, l. 1. 2. §. si si reus vel accusator fuer. C. Omnibus, inquit Demosthenes, epist. 74. ad Senatum, agens de Lycurgi liberis, omnium delictorum quasi metus est obitus. ¶ Et ideo nec illi puniendi pro parentibus, rubric. ne fil. pro pat. C. l. sancimus, C. de pœ. l. crimen parentum, eo. tit. in P. Exceptis quibusdam criminibus, ob quæ & in mortuos iudicium exercetur, & eorum bona deferuntur in ararium: veluti in crimine læsæ maiestatis & repetundarum, in l. ex iudiciorum, 20. de accus. & aliis pluribus, quæ cumular glo. in l. ex iudiciorum, in verbo, maiestatis, de accusatio. in P. Et gl. in l. in ver. Sit extinctum, si reus vel accus. mort. fuer. C. Quibus superfluum esset addere. ¶ Non potest etiam accusari quis de crimine vel facti, super quo dispensatum est, sic not. Hosti. in tit. de accus. in Sum. §. quis si effectus, ver. sed nunquid intelligi de bere, c. fraturnitatis, de seho. m. c. extra, de sil. presby. ca. ult. 25. dist. iii. de gener. abolit. Neque etiam semel accusatus & absolutus, de eodem crimine accusari potest, c. de iisdem, de accus. ca. diuina, clem. de pœ. dist. 4. ca. si illic, 25. q. 7. cum de delicto vitus hominis sepius queri non possit, l. licet, §. ult. nau. camp. §. 1. ca. veniam, 35. q. 6. Nisi forsan quis legitis prius de eo crimine institutum fuisse accusationem, suam vel suorum prosequatur iniuriam, l. si cui, §. iisdem, de accus. in P. vel doceat primam accusatorem præuacuationem fuisse, l. 3. de præuac. in P. l. si quis homicidii, de accus. C. Legimus etiam Domitianum, Suet. in Domit. c. 7. Corneliam virginem maximam absolutam olim, deinde de iogo interuallo repetitam, atque conuictam defodiim peralle. Hoc singulare tamen, & probatione urgente: a iure communi & legibus etiam Atheniensium, ut ait Demosthenes, in Leptinem, vnum crimen & vnum iudicium, non debet iudicari nisi vna estimatione & pœna, nec duas vel plures pro eadem imponi possunt. ¶ Hic tamen considero iudicium recte peractum fuisse: nam si per collusionem aduersarii accusatoris reus liberatur, repeti crimen potest accusatione, c. fin. de collu. deteg. lib. 5. Decret. in l. 2. Imo si non repetatur accusatio, iudicis officium est, rei veritatem, postquam in gratiam reus cum accusatore redierit, inquirere, & crimen examinare, c. 1. §. 2. eo. ¶ Neque etiam licebat accusari et diebus feriari Latinarum. Quare Calphurnius Saluanus

cum Sextum Marium coram Druso præfecto vrbis reum postulat, in exilium actus est, Corn. Tacit. lib. 4. Annal. ¶ Non t accusantur, nisi suam prosequantur iniuriam, Christiani a Iudeis, aut hereticis, vel paganis, ca. non potest, can. paganus, ca. si hereticus, 2. q. 7. ca. licet, de res. lib. l. quoniam multi iudices, C. de heret.

De Accusatorum Delictis, & primum de Calumniatoribus. Cap. 20.

Lib. 9. C. tit. 4. 6. Lib. 5. Decret. tit. 2.

- 1 Accusatorum temeritas tribus modis detegitur & punitur.
- 2 Calumniari quid.
- 3 Calumniæ pœna & submissi accusatores, & submittentes tenentur: & qui accusantes ea non tenentur. Calumniæ modus, laudare eod.
- 4 Calumniæ accusatoris mens: sit, vel excusat.
- 5 Calumniari etiam videntur, in aliis quam criminibus non præbantes, sed pœna calumniatoris criminali non plectuntur.
- 6 Calumniatoribus quæ pœna imponitur. Et nu. 11.
- 7 Calumniatorum extraordinaria pœna.
- 8 Membris lex de calumniatoribus.
- 9 Calumniatores cito & seuerè puniendi.
- 10 Calumniæ iudicium in sententia absolutionis sit, vel reservatum faciendum.
- 12 Pœna imponenda habitacione rerum, & personarum.
- 13 Calumniatorum diuersarum nationum diuersa pœna. Et nu. me. 14.
- 14 Myrto coronari turpissima pœna. Charunda leges in calumniatoribus.
- 15 Delatorum falso diuersa pœna diuersorum.

Accusatorum temeritas, ut ait Marcellus, in l. 1. ad SC. Turpil. ca. si. §. 1. 2. q. 1. tribus modis detegitur, & tribus pœnis subicitur: aut enim calumniatur, in defectu præuacuationis & tergiversationis. In excessu calumniæ, in defectu præuacuationis & tergiversationis, in medio legitima accusatio. De calumniæ primum dicendum breuiter, curiales quæ sparsim in superioribus monuimus: de aliis postea. ¶ Calumniari, fess falsa crimina intendere, d. l. 1. ad Turpil. P. scienter, l. athletes, §. calumniator, de iis qui not. infra. P. & malitiose, studio diuexandi & infamandi. Inuit id Cicero, ad Varronem, dicit, Nam quod amare te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Sic & Nonius calumniæ, malitiosam & mendacem infamacionem interpretatur. Vnde & calumniæ incurere dicuntur, qui ut se eximant a periculo calumniæ vel desertionis, d. fidendo crimini quod mouent, instigant accusatorem, aut instigant, aut submittunt, l. 1. incidit, ad SC. Turpil. P. aut mandant accusare. Qui in fraudem alicuius librum, aut testimonium, falsum scilicet, alludere conquisiuisse vel conferiuisse, vel in iudicium protulisse dicuntur, Paul. ab accusatione, 6. §. in. eod. Nec tamen submissus calumniæ pœnam effugiet, l. nostris, §. de calumniat. C. l. 1. incidit, eod. P. ¶ Et fecundum Vlpianum, in orat. Demosthe de corona, enarrantem Demosthenis, λέγετε αὐτοὺς ἀρῆς, ἢ ἴδιον ἢ ἄλλοθεν, id est, Calumniator dicitur non is tantum qui mentitur, sed & is qui ea curat, quæ ad se non pertinent, & qui improbe loquitur. Et Polybius ait, lib. 4. histor. in fine. nouum modum calumniandi inuentum, non vituperando, sed laudando, famæ ac commodis hominum in fidari: quod vitium, inquit, in aulis principum vique adeo inoleuit, ut ea loca tanquam proprias sedes videantur elegisse. Proinde excusantur calumniæ pœna, qui accusant falso, iusto tamen aliquo dolore, vel causa legitima ad id impulsus, l. quamuis adulterium, ad leg. Jul. de adult. C. in l. 2. de calum. C. l. calumniæ pœna, eod. C. non malitia, vel euidenti calumniæ. Item & officii accusandi necessitas, l. 2. C. qui accus. non poss. l. morem de iis quib. ut indign. damnauit, l. qui cum maior, §. si patris, de bon. liber. excusat. ¶ Quare tamen index de accusatoris consilio querit, qua mente ad accusationem processit: si quidem iustum eius errorem repererit, absoluit eum: si vero in euidenti calumniæ deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat. Quod pronuntiationis eius verbis manifestatur. Nam si ita pronuntiauerit, calumniatus es, condemnauit eum. Et quamuis nihil de pœna subiecerit: tamen legis potestas aduersus eum exercetur, hec Marc. in l. 1. §. sed vique, ad senatus cons. Turpil. in P. l. 3. & l. qui calumniatores, C. de calum. ¶ Accedant tamen & ad calumniam alii, qui non probant quod intendunt, l. de adno. diuer. inds. an. h. non iure, de pœ. in. qui male iud. l. 3. §. idē dicitur, de test. in P.



verum si non patiuntur eam pœnam, qua publici iudicii vel status accusatores falso puniuntur, *l. qui calumniatores, C. de calumniat.* sed aliam pœnam arbitrarium, quam pro calumnia & in priuatis, vt in publicis iudiciis iudex infligit, *l. & in priuatis, l. si quis stellationarius, ad S. C. Turp. P.* si actum sit criminaliter, *l. si de furt. P.*

¶ Pœna t̄ quippe grauis calumniatis imponitur, ne impune ferant licentiam mentiendi. Et ideo eorum vindictam diximus supra, similitudinem supplicii reposcere, *l. non prius, 7. & l. si de calumnia, C. l. si. C. de accusa. & nos sup. ca. 2. 2. q. 3. l. & in priuatis, 3. ad S. C. Turpil. P.* quando scilicet cum proportionem sumi potest pœna. Diximus de pœna talionis proprio capite antea in pœnis, *sup. lib. 3. ca. 10. & hanc iura quoque pontificia probare in his, qui accusata non probant, c. qui calumniam, & seq. 5. q. 6.*

¶ Extraordinaria t̄ tamen pœna iure pontificio imposita, vt clericus calumniator priuatur officio, & verberatus publice in exsilium mittatur, *c. 1. de calum.* vtq; suspectus calumniam intulisse, in probatione obiectorum post accusationem criminum deficiens ab officio & beneficio suspendatur, si clericus sit, donec innocentiam suam probet, *ca. 2. eod.* Sicuti & qui contra electionem factā conquestus deulerit aliquod crimen electo, & non probauerit, a beneficiis ecclesiasticis per triennium suspendatur: nisi a calumnie vitio causa probabili se exemerit, *c. 1. §. adiciendum, §. qui vero, de elect. in 6. lib. 1.*

¶ Lex t̄ Memmia contra calumniatores inuenta, vt ait Cicero, pro Sexio Roscio, ne liceret iudicio, legibus ac maiestate populi abuti, ad questum & libidinem: & ita accusare vel id obicere, quod planum facere non modo nō possit, verum ne coneris quidem. Marcellus Iurisconsultus, *l. 1. §. calumniatoribus, ad S. C. Turpil. vocat hanc legem Rhemiam.*

¶ Demosthenes, contra Aristogito, in calumniatores cito & seuerè animadvertendum esse pulchra similitudine admonet. *Neminem fortasse vestrum, inquit, vquam serpens momordit, aut araneus, & absit ut vnquam mordeat: sed tamen eas animantes, vt videritis statim occiditis. Ad eundem igitur modum, Athenienses, etiam cum calumniatorem & acerbum & natura serpentina pradium hominem videritis, ne dum vestrum singulos mordeat expectatis, sed primus quisque, qui in eum incidit, viciatur.* Et paulo ante dixerat, vsque ad radices esse penitus extirpandum ex republica hoc genus hominum calumniatorum, veluti hostium natura & genere bonorum.

¶ Solent t̄ iudices vel calumniam eodem iudicio abolitionis rei damnare, vel iudicium eadem sententia reo referuare: aliter enim non calumniatus videretur accusator, nec de calumnia in eum agi posse placuit, *l. 1. C. de calum. l. 1. §. sed non vti que, ad S. C. Turpil. in P.*

¶ Rationes t̄ puniendarum calumniarum faciles sunt, & fere similes illis, quib. pœnas constituit diximus in delinquentes, & ideo illa potior, vt innocentia inter improbas tuta sit, & calumniarum audacia compefcatur, *c. facta sunt autem leges, 4. distinet. vt impium visum est innocentes prosequi, & ad pœnam postulare, ca. si non licet, 23. q. 5. D. August. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 17. c. non frustra, 23. q. 5. Atq; vt ceteri simili pœna perterriti ad accusandum facile non profliant, c. 2. de calum. l. 1. §. si cui crimen, de accus. P. arg. §. famosis, l. capitalium, de pœn. P.*

¶ Neque scrupulosus inquirendum puto in hac quaestione, cur diuersæ pœnæ calumniatoribus ex more diuerso regionū constitutæ sunt, vel variæ in diuersis iuris capitibus. ¶ Eo t̄ quod annotatum iam existimem, omnes pœnas imponi, adhibita ratione personarum, & qualitatis earum, *l. aut factu, §. personam cum similibi nota, de pœn. P.* Et proinde etiam in calumnie pœna personam accusati & calumnie, addere peristales diuersas. Et magis puniuntur is qui sacratam personam, quam qui quemlibet alium calumniatus sit, *ca. 1. de calumnia. c. omne, 22. q. 1.* Et qui per similitudinem supplicii luere calumniam non potest vna pœna, pluribus pœnis ad æqualitatem Geometricam talionis castigatur: veluti æstimatione facta dignitatis, *ca. 1. §. fin. & ibi Felin. & Panor. de calum. §. pœna autem, de insur.*

¶ Et t̄ hinc factum est, vt quia dignitatis & criminum apud diuersas nationes est diuersa æstimatio, ita & pœnæ talionis & reparationis diuersæ sint. Fidem facit lex Salica, in *lego Salica, tit. 21. de eo qui hominem innocentem accusauerit, §. 1. & 2. de calumniatoribus*, quæ sic statuit. *Qui hominem absentem apud regem accusauerit, Malberg, seu Laudouenas 2500. denar. qui faciunt solidos 62. cum dimidio, culpabilis indicetur: si vero ei tale crimen impulerit, ex quo mori debuisset, si verum fuisset, ipse qui accusauerit 8000. denariorum qui faciunt quingentos solidos, culpabilis indicetur.* Lex antiqua Wisigothorum statuit talionem, vt qui accusauit innocentem, pœnam & damna suscipiat, quæ debuit pati accusatus, si de crimine fuisset conuictus, *l. 5. de iudicib. furti, lib. 7. C. Wisigothorum, tit. 1.*

¶ Ex t̄ lege Charundæ, in calumnia deprehensi, myrtho coronati circumuectari per urbem solebant, peruulgato supplicii probro, veluti flagitiosissimo flagitii genere cōdemnati, vt refert Dioscorus Siculus, *lib. 12. Biblio.* Cum Iulius Cæsar puniret seditionem iuxta Placentiam ab exercitu suo commotam, & inter sediciosos aliquis, qui nihil peccasset, ductus ad eum fuisset, Cæsar ductorem, quod illum accusasset, eius loco interfici mandauit, *Appian. Alex. lib. 2. de bell. ciuili.* ¶ Sed t̄ & delatores, qui clam crimina deferunt, quamuis subscribere se denuntiationi nō teneantur, *c. super his, & ca. licet, de accusatio. Lea quidem, eo. C.* tamen impune non ferunt quod ita detrahant bonæ famæ proximi, sed puniuntur, *Psalm. 14. ca. qui in alterius famam, & ca. quidam maligni, 5. q. 1. c. nimium, 23. q. 4.* fiuntque infames, *ca. deteriores, 6. q. 1. & verberibus castigantur, officio & beneficio si habeant priuati, ca. quia iuxta, 5. q. 6.*

¶ Et vt falsi testes, vindiçtæ obnoxii, ab omni communionem Christiana extorres, *ca. Epiphanium, & c. pen. & si. 5. q. 6.* Et ex decreto Adriani Pape delatori aut lingua capuleretur, aut caput amputeretur, *ca. delatori, 5. q. 6.* Adiungi & possunt pœnæ, quæ in maledicos statuta sunt, *l. 1. de famo. libel. C.* Et Vlpianus respondit, *l. item apud Labonem, 1. §. si quis libello, de iniur. P. l. lex. §. fin. & l. seq. eo. tit.* si quis libello dato vel principi vel alicui famam alienam infectus fuerit, iniuriarum actione esse agendum ex sententia Papiniani. Et expresse clericus, qui defecit in probatione criminis denuntiat, ab officio & beneficio suspendatur, donec purgauerit suam innocentiam, sē non calumniandi animo proposuisse, vt ceteri hac pœna perterriti facile ad infamiam suorum non profliant prælatorum, *c. 2. de calum.*

¶ De Præuaticatione. Cap. 21. Lib. 47. P. tit. 45.

1 Præuaticari, & præuicator quid.  
2 Præuaticantium actuum, & reorum pœna.

Præuaticari, t̄ est vera crimina abscondere, *l. 1. ad S. C. Turpil. lib. 48. P. tit. 16.* Et, præuicator, inquit Vlpianus, quasi variator, qui diuersam partem adiuvat, prodita causa. Quod nomen Labeo a varia certatione iracundiam autem qui præuicatur, ex utraque parte consistit, quinimo ex aduersa, *Vlp. in l. labietas, 4. §. item præuicator, de iis qui not. in sa. in P.* Et iterum, præuicatos eos appellamus, qui cassam aduersariis donant, & ex parte alterius in partem rei contendunt, *Vlp. in l. præuicatos, 21. de verb. sign. P. l. 1. ad præuicari, in P.* Proprie autem præuicator dicitur, qui publico iudicio accusauerit, & in alteram partem declinat. Est & præuicator, sed minus proprie, nec eadem pœna qua superior puniendus, aduocatus, qui in priuato iudicio in alteram partem, quam est, quam prius defendendam suscepit, transiit, extra ordinem puniendus, *d. l. 1. §. 3. §. fin. eod.* Cicero, in *Partitio*, præuicationis nomen ait eum significare, qui in contrariis causis, quasi variè esse positus videatur. Et contrarium nomen præuicationis vero accusatori, vt pote corruptum pecunia accusatorem, & colludentem cum aduersario significans. Ita & alibi, *idem, de Arusp. resp. Clo dius a Cassina pecuniam accepit, vt turpissime præuicatur.* Latius Marcellus, in *l. 1. §. præuicatore esse, ad S. C. Turp. præuicatore eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & irascitur munere accusandi defungitur: eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero admitteret.* Quintilianus, in *7. vt in præuicationum*, inquit, criminibus, vt absoluat reus, aut innocentia ipsius sit, aut interueniente aliqua potestate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuicatione: nocentem fuisse confiteris, nulla potest as obstitit, nulla vis, corruptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit. Quid superest, nisi vt præuicatio fuerit? Cicero quoque, & in reum & in accusatorem cadere posse innuit, dum ait, in *Partitio*, præuicationem definiti nūc ab accusatore, nunc a reo corruptelam esse iudicii. ¶ Pœna t̄ præuicationis, vt qui præuicantur, eadem pœna efficiantur, qua tenerentur si ipsi in legem commississent, qua reus propter præuicationem absolutus est, *Paul. l. pen. de præuar. in P.* At is qui delatorem corruptit, ex senatusconsulto Turpilliano pro conuictio habetur, *Vlp. l. si. eo. nisi palam fiat ab innocente extortam fuisse pecuniam, nempe redimendæ vexationis causa, d. l. fin. l. si ab eo, §. de calum. P. l. ferui, de adul. l. transfigere, C. de transac. vel nisi reus criminis mortem inferentis fuerit postulatus, cui parcitur qui existimauit bonum quomodocunq; sanguinem seu vitam suam redimere, l. 1. 2. de bo. eor. qui mor. sibi conf. d. l. transfigere.* Hodie tamen, inquit Vlpianus, præuicationis pœna est extraordinaria pro modo admissi, *Vlp. l. 2. de præuar. f. in familia, secundum Marcell.*

¶ De Præuaticatione. Cap. 21. Lib. 47. P. tit. 45.

1 Præuaticari, & præuicator quid.  
2 Præuaticantium actuum, & reorum pœna.

Præuaticari, t̄ est vera crimina abscondere, *l. 1. ad S. C. Turpil. lib. 48. P. tit. 16.* Et, præuicator, inquit Vlpianus, quasi variator, qui diuersam partem adiuvat, prodita causa. Quod nomen Labeo a varia certatione iracundiam autem qui præuicatur, ex utraque parte consistit, quinimo ex aduersa, *Vlp. in l. labietas, 4. §. item præuicator, de iis qui not. in sa. in P.* Et iterum, præuicatos eos appellamus, qui cassam aduersariis donant, & ex parte alterius in partem rei contendunt, *Vlp. in l. præuicatos, 21. de verb. sign. P. l. 1. ad præuicari, in P.* Proprie autem præuicator dicitur, qui publico iudicio accusauerit, & in alteram partem declinat. Est & præuicator, sed minus proprie, nec eadem pœna qua superior puniendus, aduocatus, qui in priuato iudicio in alteram partem, quam est, quam prius defendendam suscepit, transiit, extra ordinem puniendus, *d. l. 1. §. 3. §. fin. eod.* Cicero, in *Partitio*, præuicationis nomen ait eum significare, qui in contrariis causis, quasi variè esse positus videatur. Et contrarium nomen præuicationis vero accusatori, vt pote corruptum pecunia accusatorem, & colludentem cum aduersario significans. Ita & alibi, *idem, de Arusp. resp. Clo dius a Cassina pecuniam accepit, vt turpissime præuicatur.* Latius Marcellus, in *l. 1. §. præuicatore esse, ad S. C. Turp. præuicatore eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & irascitur munere accusandi defungitur: eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero admitteret.* Quintilianus, in *7. vt in præuicationum*, inquit, criminibus, vt absoluat reus, aut innocentia ipsius sit, aut interueniente aliqua potestate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuicatione: nocentem fuisse confiteris, nulla potest as obstitit, nulla vis, corruptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit. Quid superest, nisi vt præuicatio fuerit? Cicero quoque, & in reum & in accusatorem cadere posse innuit, dum ait, in *Partitio*, præuicationem definiti nūc ab accusatore, nunc a reo corruptelam esse iudicii. ¶ Pœna t̄ præuicationis, vt qui præuicantur, eadem pœna efficiantur, qua tenerentur si ipsi in legem commississent, qua reus propter præuicationem absolutus est, *Paul. l. pen. de præuar. in P.* At is qui delatorem corruptit, ex senatusconsulto Turpilliano pro conuictio habetur, *Vlp. l. si. eo. nisi palam fiat ab innocente extortam fuisse pecuniam, nempe redimendæ vexationis causa, d. l. fin. l. si ab eo, §. de calum. P. l. ferui, de adul. l. transfigere, C. de transac. vel nisi reus criminis mortem inferentis fuerit postulatus, cui parcitur qui existimauit bonum quomodocunq; sanguinem seu vitam suam redimere, l. 1. 2. de bo. eor. qui mor. sibi conf. d. l. transfigere.* Hodie tamen, inquit Vlpianus, præuicationis pœna est extraordinaria pro modo admissi, *Vlp. l. 2. de præuar. f. in familia, secundum Marcell.*